resse qui afflige l'armée des Croisés, est pareille au fléau qui désole l'armée des Grecs. Dante lui-même, malgré son adoration pour Virgile, ne dédaignait pas la Thébaïde; et la vengeance d'Ugolin a bien l'air d'être une réminiscence de la rage de Tydée à ses derniers momens. Il serait facile de multiplier ces rapprochemens, qui sont le plus bel éloge de Stace. On doit de plus observer que la Thébaïde fut la première tentative de sa jeunesse, et que le début est ce qu'il y a de plus mal écrit et de plus vicieux dans tout l'ouvrage. Mais, qu'on surmonte ce premier dégoût, et bientôt l'action devient attachante. Il a su rendre Polynice intéressant, dessiner fortement les autres caractères, grouper avec art les personnages, et donner du mouvement, de la vie et de la chaleur à tout son tableau. Les descriptions de plusieurs batailles, celle de l'évocation des mânes, la vision d'Étéocle, portent la terreur à son comble; tandis que toute l'énergie du pathétique le plus touchant se déploie dans les douleurs d'Antigone, de Jocaste, d'Argie, d'Atalante et d'Hypsipyle; dans les récits de la mort de Parthénopée, de celle d'Athys et de celle de Ménécée. Le P. Rapin dit que Stace faisait consister la poésie dans les mots plutôt que dans les choses, et que ses vers retentissent à l'oreille, mais qu'ils ne parviennent jamais jusqu'au cœur. Il faut croire que le P. Rapin avait parcouru la *Thébaïde* bien légèrement, ou que l'accès de son cœur était bien difficile. Si l'on voulait avoir la mesure de la flexibilité du talent poétique de Stace, il faudrait comparer le palais du Sommeil au temple de Mars, les jeux de l'armée grecque au massacre de Lemnos, l'héroïsme un peu enfantin de Parthénopée à la férocité du gigantesque Hippomédon. Nous ne parlons point de la richesse ni de la vivacité des comparaisons : ses détracteurs ne contestent pas son mérite éminent dans ce genre. En un mot, il nous semble

qu'on ne peut avoir lu la Thébaïde sans avouer que l'auteur est vraiment un poète épique. Ce fut après l'avoir publiée, qu'il fit paraître, en quatre éditions successives, dans l'espace de trois ans, les quatre premiers livres des Silves. Le cinquième est vraisemblablement un recueil posthume. Sa santé s'affaiblit promptement, et il vieillissait dans l'âge où les autres sont encore jeunes. Une maladie grave l'ayant mis dans un grand danger, et le laissant valétudinaire, il sentit le besoin de respirer l'air natal ; et après avoir décidé, non sans peine, son épouse à quitter le séjour de Rome, il alla s'établir à Naples : mais il n'y recouvra point la vigueur. Cependant son génie ne pouvait demeurer dans l'inaction : il commença l'*Achilléide*, qui avait pour sujet l'enfance d'Achille, toute la partie de la vie du héros antérieure aux événemens de l'Iliade. La mort ne lui permit, ni d'achever le poëme, ni de corriger les deux chants qu'il avait faits, et qui se recommandent néanmoins par de très-beaux passages ; elle l'enleva avant qu'il eût atteint sa trente-sixième année. On a lieu de penser que son ardente sensibilité contribua beaucoup à augmenter le mal auquel il succomba. Il ne se consola point de la mort de son père ; la stérilité de Claudia fut pour lui une autre source de chagrins. Il était si dévoré du besoin d'aimer, qu'il voulut, puisque la nature lui refusait un fils, s'en créer un par l'adoption. Il choisit un enfant né d'une esclave de sa maison : mais cet objet des plus tendres soins lui fut ravi au berceau ; son affliction ajouta l'insomnie à ses autres souffrances, et la langueur le conduisit au tombeau. Ses contemporains l'admiraient ; il ne lui a manqué, pour obtenir les suffrages des modernes, que d'être mieux connu.

NOTITIA LITERARIA

DE

P. PAPINIO STATIO

POETA.

EX JO. ALB. FABRICII BIBLIOTHECA LATINA,
A JO. AUG. ERNESTI AUCTIUS EDITA, LIB. II, CAP. 16.

STATII ÆTAS.

P. Papinius Statius Neapolitanus, patre natus, præceptore Domitiani, qui multa carmine et oratione scripserat, ut filius testatur Epicedio in patrem lethargo[1] sublatum, Silv. V, 3. Extemporali poemata componendi facilitate Imperatori Domitiano gratissimus fuit, et a majestate carminis

1. Perperam quidam, ut Domitius Calderinus, Lindenbrogius, Fr. Morellus *Papinium Surculum Statium* appellant. Statius modo *prænomen* fuisse observatur, ut in priscis inscriptionibus Statius Æbutius, Statius Marcellus, et apud Livium Statius Cælius Imperator Samnitium: modo *nomen*, ut in iisdem inscriptionibus C. Statius Faustus, C. Statius Primigenius, C. Statius Neuretus, Statius Saturninus, et L. Statius Ursulus, Tolosensis rhetor sub Nerone, de quo Pontacus ad Eusebii Chron. p. 569, et Statius Sebosus Plinio et Solino laudatus supra: modo *cognomen* denique, ut Cæcilius Statius Comicus (de quo Gellius IV, 19.) et poeta noster P. Papinius Statius. Vide Jo. Marium Mattium L. II, Opinionum cap. 13. Sed ista ita sunt ex vetere ratione nominum: sub imperatoribus autem, in primis inde ad sæculo primo extremo, ratio nominum vel imponendorum vel assumendorum valde mutata est, habuitque idem sæpe plura nomina, v. c. alterum a patre, alterum a matre, etc. unde nec prænomina nec cognomina fieri debent: de qua re accurate nuper scripsit Cannegieterus jurisconsultus, in libro de nominum mutatione sub principibus romanis: add. filium in Comm. ad fragment. juris vet. in Collat. legg. Mosaic. et Romanar. p. 240.

Aquilinus librariis dictus : tamen victus in agone quinquennali Domitiani, aliis poetis contra ipsum coronatis, ut ipse innuit carmine ad Claudiam uxorem et in patrem Epicedio. Quod vero aliqui narrant, eum præacuto stylo ab indignante Imperatore esse confossum, id magis videtur credibile, quam quod Alighierius Dantes prodidit, eum, Christiano addictum nomini, sævitiam Domitiani in Christianos pro virili temperasse. Extemporali Statii versus pangendi facultati invidisse Martialem, atque ideo sub *Sabelli* nomine IX, 40, perstrinxisse, sibi persuasit Gevartius cap. 35, Papinianarum lectionum. Inopia ejus tangitur a Juvenali VII, 87 : « Esurit, intactam Paridi nisi vendat Agaven. » Ipse Epicedio in patrem queritur, quod « vilis honos studiis. » Adulatorum maximum, ut poetarum suo ævo, longeque post et ante principem vocat Barthius in notis Tom. I, pag. 287. Julius Cæsar Scaliger « equum alatum. » Thoma de Pinedo judice, pag. 488, ad Stephanum Byz. Statius Papinius « eruditus poeta in Silvis, sublimis in Thebaide, blandus in Achilleide. » Franciscum Malherbam, Lyricorum Gallicorum principem, ad Statii clangorem et crepitacula insaniisse, illaque prætulisse Virgilio, indigne fert Huetius, p. 24, seq. de vita sua. Tempus obitus a Barthio quoque Tom. I, editionis ab eo curatæ, p. 366, et Dodwello ad a C. 96, sive Domitiani postremum refertur. Sed omnino de Statii vita et rebus vid. Dodwellus in Annalibus Statianis Oxon. 1698, in-8° editis. Add. Barthium l. c. et Crenium Animadvers. P. XI.

SCRIPTA.

Exstant ejus, I. Silvarum [1] libri quinque, quorum pri-

1. De silvis, quæ apud Græcos dicuntur σχεδιάσματα, vide G. Jo. Vossii Institutiones poeticas III, 22. et Gasp. Gevartium Lection. Papinian. cap. 2, et Jac. Pontani Φιλοκαλίας IV, 19.

mus Stellæ, secundus Meliori, tertius Pollioni, Marcello quartus, quintus denique Abascantio, singulis Epistolis ab auctore inscribitur, ex quibus Vavassor p. 211, 228, de ludicra dictione collegit, eum minus valuisse in soluta, quam ligata oratione : quod de Virgilio [1] quoque fertur. Porro in his libris quædam versibus Phalæcis, vel Alcaicis, ut IV, 5, et Sapphicis IV, 7, reliqua hexametris scripta sunt.

II. Thebaidos [2], sive de bello septem Ducum adversus

1. Laërtius in Xenocrate IV, 5 : ποιηταὶ μὲν ἐπιβαλλόμενοι πεζογραφεῖν ἐπιτυγχάνουσι, πεζογράφοι δὲ ἐπιτιθέμενοι ποιητικῇ πταίουσι. Sed tam Virgilii prosa, quam Ciceronis Juliique Cæsaris ac Bruti versus, iis se minus probavit, qui Maronis poemata, et Tullianæ orationis flumen ac vim, acutam Bruti Cæsarisque in scribendo elegantiam admirabantur. Unde Cassius Severus de Sallustio ita judicabat, ut ejus orationes nihilo meliores esse diceret, quam aut Ciceronis versus, aut Virgilii prosam. Seneca Controv. 3, præf. « Virgilium illa felicitas ingenii oratione soluta reliquit, Ciceronem eloquentia sua in carminibus destituit. » Confer dialogum de Oratoribus c. 21. Juvenal. X, 121, seq. Theodecten magis tragico carmine, quam prosa placuisse, refert Hyginus apud Gell. X, 109. Similiter de Malherbio, poeta Gallorum celeberrimo, cives ejus observant, « que sa prose, beaucoup plus négligée que ses vers, l'a fait comparer à l'hirondelle, qui marche mal, encore qu'elle vole très-bien. » De Molierio, clarissimi nominis Comico Gallo, Menagius in Menagianis p. 45 : « La prose de Molière vaut beaucoup mieux que ses vers. » Eobano Hesso contra Erasmus lib. XXVI, Epist. 45. gratulatur contigisse, « Quod M. Tullio fuit negatum, quod Philelphus arroganter sibi vindicavit, ut ita pangeret carmen, quasi nunquam attigisset solutam orationem, ita scriberet prosam, quasi cum Musis nihil unquam fuisset commercii. » Idem de Buchanano pronunties, ac de Hugone Grotio. His adde Cornelium Gallum, qui « sæpe poetarum mendacia dulcia finxit, » nec minus ipse de se : « Orator toto clarus in orbe fui. » De Antonio Maria Visdomini, August. Oldoinus in Athenæo Ligustico, p. 545, refert hos versus Dominici Carmellæ : « Qui prosa volat, Etrusco qui carmine vadit, Hinc demum Latio carmine serpit humi. »

2. Thebaidem e Græcis poetis scripsere Antagoras, Antiphanes Colophonius, Menelaus Ægeus, (forte Anæus ex Anæa Cariæ civitate,) Anonymus quidam, Pausaniæ in Bœoticis et Suidæ in Καδμεία νίκη laudatus, et alii. Vide Colomes. ad Gyrald. p. 148. Apud Erasmum in adagio *Bœotia auris* pro Anaxagora Thebaidos librum recitante, legendus Antagoras. Statii Thebaidem laudat Juvenalis VII, 83, ad quem locum confer Casaubonum in Domitianum Suetonii c. 4. Grævium p. 20. ad Hesiod. E latinis ante Statium in hoc

Thebas, libri XII, compositi ad imitationem Antimachi et Æneidos Virgilianæ, de qua ipse : « Sed longe sequere, et vestigia semper adora. » Hoc Statii opus respicit Stephanus Tornacensis Epist. V : « divinam ejus responsionem, ut Thebais Æneida, longe sequor, et vestigia semper adoro. »

III. Achilleidos, de iis quæ bellum Trojanum [1] antecesserunt, libri II, etsi in quibusdam Mss. unus liber procedit, in aliis vero in quinque [2] dispescitur, inscite, judice Barthio LII, 13, Advers. Utrumque poema Achilleida et Thebaida Statius dicavit Domitiano Imp. quem a poeseos studio commendat præter Statium Silius. Achilleida vero absolvere fata prohibuerunt. Ac ne illa quidem, quæ perfecit Statius, ad nos omnia pervenisse existimabat Barthius T. I, p. 460, qui ad Silv. IV, 3, p. 366, itidem dubitat, an libros, quibus Domitiani res gestas in agone Albano celebrasse se innuit, unquam ediderit, et in manus hominum venire jusserit.

argumento versatus est Ponticus, de quo acutissimus Brouckhusius ad Propertii Eleg. I, 7, et II, 25.

1. Vid. Dan. Heinsium ad Nonni Dionysiaca p. 183.

2. Ut in Codice XIV sæculi, qui cum glossis et librorum argumentis exstitit Ms. apud Federicum Pacium Lugd. Bat., atque ante fuit Joannis Ugolini.

RECENSUS EDITIONUM
P. PAPINII STATII,
AUCTIOR FABRICIO-ERNESTINO,
ET IN IV ÆTATES DIGESTUS.

EX ED. BIPONT. 1785.

ÆTAS I. 1472—1500.

A DUABUS principibus, Veneta et Parmensi, orta. Tertia nutrix, Romana, incrementa dedit ex interpretibus, vetere Placido Luctatio [1], qui in Thebaid. Commentarium scripsit,

1. Ab aliis Lutatius vel Luctatius Placidus, aliis Placidus Lactantius appellatur, sub quo nomine glossæ veteres Latinæ et in Ovidii Metamorph. argumenta exstant. Longe quidem diversus est ab elegantissimo scriptore Lactantio Firmiano, Arnobii discipulo, cujus eloquentiæ et eruditioni pauca similia in istis ad Statium scholiis leguntur. Theodosii Imp. æqualem fuisse affirmat Jo. Rhodius diss. de acia, p. 25. At non tantum meminit Sedulii, sed Boethii quoque, unde juniorem esse recte colligit Vossius de Poetis Latinis c. 46. Perseum præceptorem suum in VI, Thebaid. pag. 213, laudare videtur his verbis: « Sed de his rebus (de Antipodibus ibi sermo) prout ingenio meo connectere potui, ex libris ineffabilis doctrinæ Persei præceptoris seorsim libellum composui. » Vossii judicio commentaria ejus sunt centones ex Servio, Hygini Mythologicis et Astronomico, ejusdem Arateo, et aliis quibusdam, quod de eodem Luctatio ante Vossium etiam pronuntiaverat Jos. Scaliger p. 19, ad Euseb. Adde Vossium p. 736, de Hist. Latinis. Merito tamen Nicolao Loensi « doctus lectuque dignus exegetes » audit, « præter quidem glossemata. » Confer Barthii commentar. in Statium T. II, p. 871, et LII, 13, Adversar. Priore loco Vossium quoque reprehendit Barthius, quod scripserat Lutatium a Lindenbrogio primum editum, et centones vocaverat ex Servio et Hygino, quorum commentationes vix centesimam illius partem

novioribus Francisco Maturantio (1518, vel 1512.) in Achilleid. et Domitio Calderino (1477,) in Silvas. Ab his tribus edd. cæteræ fluxere omnes ad exitum usque sæculi XV.

1472. *Veneta* I, princeps I, in-fol. P. Papin. Statii Silvæ. Hanc esse editionem omnium primam, vidit Marklandus in præfat. ad Silvas: qui cum ope Parmensis a. 1473, Heinsio etiam valde laudatæ, in his Silvis restituisset plura loca, quæ nulla alia ratione corrigere potuisset; ea omnia reperit deinde in hac Veneta, et plura quoque alia. Ex his autem duobus exemplis, Veneto a. 1472, et Romano a. 1475, cæteræ edd. veteres fluxisse videntur, sed ita, ut passim aliquid ab his, qui ils præessent, mutaretur, etiam erroribus operarum.

1473. *Parmensis*, princeps altera, in-fol. P. Pap. Statii Silvæ per Stephanum Corallum. In fine: « P. Papinii Statii liber quintus explicit: quanquam non desint, qui velint epistolam quæ scribitur Abascantio Priscillæ Marito, non esse principium quinti, sed interpositam in quarto; et Silvas solum in libros quatuor esse divisas. Quod quidem constare videtur ex his verbis poetæ: quare plura in Quarto

sibi possint vindicare. Luctatius in Thebaidem jam Romæ 1475, in-fol. cum Statio lucem viderat, sed in Achilleidem primum edidit Lindenbrogius e Ms. Codice Francisci Pithœi. In catalogo Pseudonymorum Viri Cl. Vincentii Placcii p. 216, pro Luctatii Commentario *in Statium* typographus perperam *in Tacitum* excudit. Porro Christianum scriptorem fuisse apparet ex iis quæ in IV Thebaidos scribit pag. 144. « Dei vocabulum sciri a nullo hominum potest, sed quid veritas habeat, percipe. Hujusne Dei nomen sciri potest, qui nutu tantum regit, continet cuncta, cujus arbitrio deserviunt, cujus nec æstimari potest mundus, nec finibus claudi? Sed quum Magi vellent virtutis, ejus ut putabant, sese comprehendere singulas appellationes, quas per naturarum potestates abusive modo designarunt, et quasi plurimorum nominum nobilitate Deum appellare conati sunt quasi ab effectu, cujusque rei ductis vocabulis, sicut Orpheus fecit, et Moyses Dei summi antistes, et Esaias, et his similes. » Plura hujus Scholiastæ loca illustravit emendavitque Thomas Munkerus notis ad Mythographos Latinos.

Silvarum, quam in prioribus. Correctum p. d. (opinor, per dominum) Franciscum Puteolanum : et vere, ultra impressionem Venetiis factam, in III millibus locis emendatum, SS. Catullum et Silvas : ut tu, Lector, ambobus exemplaribus experiri possis : itaque nullo modo intelligi possit : et cætera. Impressum Parmæ per me Stephanum Corallum. Anno Christi MCCCCLXXIII, secundo Cal. Septembris. »

1475. *Romana* I, princeps III, in-fol. P. Papinii Statii opera cum comment. Placidi Lactantii (in Thebaid.), Franc. Maturantii (in Achilleid.), et Domitii Calderini (in Silvas). Fuit hæc perrara editio in Bibl. Hulsiana. Memorat eam P. A. Orlandi, Orig. e progressi dell' Arte impressoria (Bol. 1722, in-4°.) pag. 72, et ex hoc Maittarius, in Annal. Typogr. Tom. IV, p. 349 et 350, n. 6. — Nomen impressoris abest. Cf. Lengnich. Beytræge part. II, pag. 121.

1475. *Romana* II, in-fol. per Arnold. Pannarz. Statii Silvæ, cum Domitii Calderini Veronensis Secretarii Apostolici commentario, additis notis in Sapphonem Ovidii et Propertii loca obscuriora. — Præfuit huic Domitius Calderinus, vir illo ævo sane doctissimus. Multa ille Statio feliciter restituit : in multis pueriliter erravit ; hoc nomine maxime culpandus, quod si quid non intellexerit, statim mutavit ; etiam absurde nonnunquam ; sæpe etiam, quod Marklandus suspicatur, nulla mentione facta. Utilis tamen editio, quod diversorum codicum scripturam repræsentet ; quum jam pæne certum sit, Domitium, quando istam evulgaret, non vidisse aut Parmensem, aut libros ex quibus Parmensis expressa fuit.

1475. *Veneta* II, in-fol. — Silvæ et Achilleis, cum commentario Jo. Britannici. Memorat hanc edit. Gronovius in Diatribe in Statium.

1481. *Vincentiæ*, in-fol. per Joannem Renensem et

Dionysium Bertochum. Statii Silvæ. — Adjunctæ editioni Catulli, Tibulli, et Propertii, ibidem eod. an. impressæ. Posteriorem quidem memorat Ernestius inter edd. horum Triumvirorum, sed nulla facta Statii mentione. Vid. Lengnich. Beytræge, part. II, p. 122.

1483. *Veneta* III, in-fol. Statii opera, cum commentariis Placidi Lactantii in Thebaid., Francisci Maturantii in Achilleid. et Domitii Calderini in Silvas. Venetiis, per Octavianum Scotum Modœtiensem, 1483, quarto Nonas Decembris. Vid. Maittarii Annal. Typogr. Tom. I, p. 445.

1485. *Brixiæ*, in-fol. P. Papin. Statii Silvæ, cum Calderini, Achilleis cum Franc. Maturantii, et Thebais cum Luctatii commentariis.

1490. *Veneta* IV, in-fol. per Barthol. de Zanis. Rep. ed. a. 1485.

1490. *Veneta* V, in-fol. P. P. Statii Poemata. Impress. Venetiis per Mag. Jacobum de Paganinis. Est hæc in Bibl. Gœtting.

1494. *Veneta* VI, in-fol. Statii Silvæ cum Domitii (Calderini) commentariis; Thebais cum Lactantii commentariis; Achilleis cum Maturantii commentariis. — Accedit pag. 198, Domitii elucubratio in quædam Propertii loca, quæ difficiliora videbantur, ad Franc. Arago. Fer. R. ne. F. Fol. 203 verso legitur : « Hoc per Bartholomeum de Zanis de Portesio Venetiis impressum opus fœliciter explicit, MCCCCLXXXXIV, die XV, Martii. » Hanc subscriptionem excipiunt Papinii vita per Domitium, et registrum hujus operis. Possidet eam illustriss. Heideggerus, Trib. Tur. et exstabat in Bibl. Ludewig. n. 12606.

1498. *Veneta* VII, in-fol. per Barthol. de Zanis. Rep. edit. an. 1494.

ÆTAS II. ALDINA.

1502 — 1600.

Ab Aldo Manutio, qui an. 1502 Statium dedit, etiam conjecturis correctiorem; majori dein diligentia 1519, quem secuti sunt Argentoratensis Schureri, Parisiensis Colinæi, Basilienses Henric. Petri, Gryphianæ. Plantiniana Bernartii vulgo laudatur, Barthio culpatur. Ea vero repetita etiam Lugduni et Venetiis.

1502. *Aldina* I, in-8°, P. Pap. Statii Silvarum libri quinque. Thebaidos libri XII, Achilleidos II, in fine; Venetiis, in ædibus Aldi mense Augusto 1502. — Marci Musuri Orthographia Statiana huic editioni subjecta est. Exstat in Bibl. Gœtting.

1508. *Venet.* Luctatii scholia in Statium, ap. Aldum. Vid. Jo. Masson in Hist. Crit. Reip. literar. Tom. I, p. 191.

1508. *Veneta*, in-fol. per Barth. de Zanis.

1517. *Argent.* ap. Lazarum Schurerum, in-4°, Achilleidos lib. II.

1519. *Aldina* II, in-8°. — Silvarum libri V, Achilleidos libri II, Thebaidos libri XII. Orthographia et flexus dictionum græcarum omnium apud Statium, cum accentibus et generibus ex variis utriusque linguæ auctoribus. — In fine: Venetiis, in ædibus Aldi, et Andreæ Soceri, mense Januario 1519. — Hanc editionem majori diligentia, quam edit. a. 1502, typis expressam esse, affirmatur in Franc. Asulani epistola huic editioni præmissa. Exstat in Bibl. illustriss. Heideggeri Trib. Turic.

1530. *Paris.* Colinæi I, in-8°, Statii opera omnia, item Orthographia et flexus dictionum græcarum apud Statium; ap. Sim. Colinæum.

1531. *Basil.* I, in-8°, P. P. Statii opera. Ex Cat. Bibl. S. J. Mont. pag. 174.

1541. *Basil.* II, in-8°, ap. Henric. Petri.

1542. *Witteb.* in-8°, Achilleidos libri duo.

1547. *Lugdun.* seu Gryphiana I, ap. Sebast. Gryphium.

1559. Gryphiana II, in-12, ap. hæredes Seb. Gryphii.

1595. *Plantiniana* I, Bernartii. Antv. in-8°, P. P. Statii opera, quæ exstant. Jo. Bernartius ad libros veteres recensuit, et scholiis illustravit. Antv. ex offic. Plantin. Vidua et Jo. Moretus. Vid. *Cat. de la Bibl. du Roi. Belles Lettr.* T. I, p. 323.

1598. *Lugdun.* in-12. Rep. edit. Bernartii Antv. 1595.

1599. Venetiis eadem repetita, in-8°.

1599. *Plantiniana* II, Antv. in-8°, Commentarius Jo. Bernartii in Silvas Statii (a scholiis et notis antea editis diversus).

ÆTAS III. LINDENBROGIANA.

1600 — 1653.

A Frid. Lindenbrogio, qui Statium non modo recensuit, sed et Luctatii Commentt. in Theb. ac primum quidem in Achilleida edidit. Post eum Statio seu affuere, seu profuere curæ Jani Gruteri, Jo. Jac. Grasseri, Jani Casp. Gevartii, et Emerici Crucei, Barthio parum probati. Novi interpretes accessere, Jo. Barclaius ad Thebaidem, Fed. Morellus ad Silvas. Ætati tandem venturæ prolusit Jo. Frid. Gronovii in Silvas diatribe.

1600. *Paris.* in-4°, P. P. Statii opera, quæ exstant. Placidi Lactantii (s. Luctatii) in Thebaida et Achilleida commentarius. Ex Bibl. Fr. Pithœi. Collatis Mss. veteribusque exemplaribus recensuit, partim nunc primum edidit

Frid. Tiliobroga (Lindenbrog.) adjectis variarum lectionum observationibus indiceque uberrimo. Parisiis ex officina Plantin. ap. Hadr. Perier. Lactantii commentarius in Achilleida in hac edit. primum vulgatus est. Codices ad recensionem textus adhibiti Silvas non habebant. Cæterum hujus edit. exemplum cum novis emendatt. et observatt. Lindenbrogii Mss. tum ad Statium, tum ad ejus commentatorem, servatur Hamburgi in Bibl. Joannea.

1600. *Genev.* Repetitio prioris.

1600. *Heidelberg.* ex offic. Commeliniana, cum notis Jani Gruteri.

1601. *Mussiponti,* in-8°, Jo. Barclaii Commentarii in Statii Thebaidem, de quibus sinistrum judicium Barthii Tom. I, ad Statium, pag. 1273, ad Thebaid. IV, 799.

1601. *Paris.* in-8°, Fed. Morelli in Pap. Statii Silvas obss.

1602. *Paris.* in-4°, Fed. Morelli et Domitii Calderini observationes ad Statii Silvas cum Lindenbrogii annotationum ad easdem corollario.

1605. *Genev.* in-12, Rep. edit. Bernartii.

1607. Antv. in-8°, P. P. Statii opera, ex rec. et c. scholiis Jo. Bernartii. Ex Cat. Bibl. S. J. Brug. p. 172.

1609. *Argent.* in-8°, P. P. Statii opera, cura J. J. Grasseri.

1611. *Genev.* in corpore omnium veterum poetar. Latin. in-4°. Vol. II.

1612. *Genev.* in-12. Rep. edit. Bernartii.

1613. Antv. in-12. — Opera, quæ exstant, omnia ad fidem antiquissimorum per Galliam, Angliam et Italiam codicum, correcta. Ex Bibliotheca Jo. Jac. Grasseri. Antv. ap. Casp. Bellerum. vid. Cat. Bibl. Bunav. T. I, p. 356.

1616. *Lugd. Bat.* in-8°, ap. Jac. Marcum, P. P. Statii opera. Janus Casperius Gevartius recensuit, et Papinianarum

lectionum lib. V, illustravit. Vid. *Cat. de la Bibl. du R. Bell. Lettr.* Tom. I, p. 322.

1618. *Paris.* in-4°, voll. II, ap. Tho. *Blaise.* — Opera cum observationibus ac cum commentariis tam veterum quam recentiorum interpretum. Emericus Cruceus recensuit, et novo commentario Statii Silvas illustravit. Cum indicibus locupletissimis. Barthio, T. I, p. 233. judice, « Cruceus Papinium prius diligentius legere et penitius intelligere debebat, quam in tantum scriptorem commentarium moliri, tam male propitiato ejus genio.» Caspar Gevartius autem III, 9, elector. p. 113. « Miseret me profecto, quoties illius interpretis notationes lego, qui meris commentariorum suorum sintiscetis aureolas elegantissimi poetæ Silvas nuper obduxit. » Plures ibidem in Crucei scholiis, sive, ut vocat, scoriis, ad Statium admissos errores castigat, usque ad p. 153.

1619. *Argentor.* in-12. — Ad fidem codicum Mss. emendata cum argumentis Jo. Jac. Grasseri.

1624. *Amstel.* in-12. e recensione Nic.[1] Heinsii.

1637. Jo. Frid. Gronovii in Papinii Statii Silvarum libros diatribe. Hagæ-Com. in-8°.

1640. *Amstel.* in-16, P. Pap. Statii Opp. poetica omnia.

1651. *Cantabr.* in-8°, Publii Papinii Statii Silvarum libri V, et duo Achilleidos, cum notis marginalibus Thom. Stephens. Ex rarissimis judice catalogo Bibl. Schalbruch. P. II, pag. 91.

ÆTAS IV. GRONOVIO-BARTHIANA.

1653 — 1664 — 1671 — 1728.

Qui edita jam 1637 in Statii Silvas diatribe proluserat Jo.

1..... minori forma Amst. 1624. ex recensione *Danielis*, ni fallor, Heinsii. Ernest. in Fabricii Bibl. Lat. Lib. II, cap. 16.

Frid. Gronovius, is jam totum Statium recensuit, notisque suis illustratum dedit. Textum ab eo constitutum secutus est Casp. Barthius in ed. sua Luctatii Commentariis correctioribus instructa, quam ab ejus morte absolvit Christ. Daumius 1664. Tum ed. cum notis variorum in iisque et Barthii et Gronovii instructam pulchre adornavit Jo. Veenhusen 1671. Hanc insecuta est, 1685, editio in usum Delphini, curata a Claudio Beraldo, cujus hodie raritas major est, quam præstantia. Præclarius autem de Statio meritus est Jer. Marklandus, Anglus, qui eum denuo recensuit ex vetustis exemplaribus, emendavit, notisque illustravit. Quam editionem cum Gronoviana collatam nos inprimis secuti sumus.

1653. *Amst.* in-24, ap. Lud. Elzevir — Opera; ex recensione et cum notis Jo. Frid. Gronovii. Hanc recensionem impense laudat Reinesius, pag. 151. Epp. ad Daumium : « Valde me delectarunt notæ tam accuratæ, et in pondere non magno satis ponderosæ, viri ad restituendum genuinum auctoris sensum, peculiari quopiam genio nati a Charitibusque educati. » Confer Hug. Grotii Epist. 673, ubi suas ad loca quædam Statii conjecturas ad Gronovium transmittit. Ejusdem Gronovii in Statii Silvarum libros V, diatribæ seorsim prodierant Hagæ-Comitis, 1637, in-8°, quarum lectionem omnibus rei Criticæ studiosis vehementer commendat Ernestius in Bibl. L. — Hinc Gronovio lites intercesserunt cum Emerico Cruceo, qui illi Antidiatribam, Paris. 1639, in-12, et deinde Muscarium ad Statii Silvas, Paris. 1640, in-8°, opposuit. At Gronovius eum probe depexum dedit, edito Elencho antidiatribes Mercurii Frondatoris, Paris. 1640, in-8°.

1653. *Daventr.* in-8°, P. Papinii Statii opera. Ex ed. et cum notis Jo. Frid. Gronovii. Vid. Cat. libr. in Bibl. Gœtting. in duplo exstantium, p. 299.

1658. *Paris.*, in-8°, voll. III.— Opera cum notis Franc. Guieti Audini, Jo. Peyrarede Aquitani, et aliorum : opera *Mich. de Marolles*, cumque ejusdem interpretatione Gallica. Lutet. Paris, *Seb. Haré*, etc. Vid. *Cat. de la Bibl. du R. Bell. Lettr.* Tom. I, p. 322.

1664. *Cygneæ*, in-4°. voll. IV, ex offic. Gœpneri ap. Jo. Scheibium. — Opera, quæ exstant. Caspar Barthius recensuit, et animadversionibus locupletissimis illustravit : inspersis ad Thebaida et Achilleida commentariis ac glossis veterum, hactenus bonam partem ineditis, et scholiaste Lutatio multis locis corruptis castigato ad auctoritatem et opem manuscriptorum exemplarium, præcipue unius alteriusque admirandæ bonitatis. Cum quatuor indicibus. — In hac editione, quam Christ. Daumius, mortuo Barthio, curavit, textus ex recensione Gronovii a. 1653, descriptus est. Margines Var. Lect. habent e Mss. etc. Sed omnino præfatio Daumii legenda est de hoc opere Barthiano.

1671. *Lugd. Bat.*, in-8°. ex offic. Hackiana. Publii Papinii Statii Silvarum lib. V, Thebaidos lib. XII, Achilleidos lib. II, cum notis selectissimis in Silvarum libros Domitii, Morelli, Bernartii, Gevartii, Crucei, Barthii, Jo. Frid. Gronovii Diatribe : in Thebaidos præterea Placidi Lactantii, Bernartii, etc. Quibus in Achilleidos accedunt Maturantii, Britannici. Accuratissime illustrati a Johanne Veenhusen.

1671. *Amst.*, in-16. Jansson. Elzevir.

1685. *Paris.*, in-4°. voll. II, ap. *L. Roulland.* P. P. Statii opera ; interpretatione et notis illustrata a Cl. Beraldo, ad usum Ser. Delph. Vid. *Cat. de la Bibl. du Roi. Bell. Lettr.* Tom. I, pag. 323. Hæc omnium in usum Delphini editionum obvia rarissime.

1713. *Lond.*, in-fol. in operibus et fragmentis veterum poetarum Latinorum. Tom. II, pag. 1015—1107.

1728. *Lond.*, in-4°. ex typogr. G. Bowyer. P. Pap. Statii Silvarum libri quinque. Ex vetustis exemplaribus recensuit et notas atque emendationes adjecit Jer. Marklandus.

1731 et 1732. *Mediol.*, in-4°. P. Pap. Statii opera, cum versione italica, in Corp. omnium Poetarum Latin. Tom. I, — IV.

1782. *Manhemii*, in-8°. voll. II, P. Pap. Statii opera ex recensione Jo. Friderici Gronovii, cura et sumtibus Societatis literatæ.

Ex Jos. Scaligeri Epistola 374, apparet, eum quoque et Jo. Wowerium junctis operis novam Statii, veterumque in eum Scholiorum, editionem molitos. At enim eorum conatus vulgato Parisiis Lindenbrogii, æmuli Woweriani, Statio sufflaminati videntur. Lipsius quoque, in Epistola ad Janum Lernutium testatus est, sibi nota quædam fuisse ad sublimem hunc poetam. Multa etiam Statii loca vel emendantur vel illustrantur in Observ. Miscell. Vol. I, pag. 53—269; p. 317 —365. II, p. 62—84; 217 — 239; 405—407. IV, p. 388—397. Auctor Britannus se usum dicit duobus Mss.

Lexicon et paraphrasin Statianam adornavit Henricus Schævius. Specimen Lexici illius pridem produxit, quiSchævio præceptore usus fuit, Morhofius lib. III, polyhistoris cap. 10, sed integrum ab auctore absolutum exstare Stetini apud filios, testatus est a. 1696. Michaël Filitzius in specimine Analectorum ad Olaum Borrichium de Poetis. Hinc a. 1702 in Novis literariis, p. 73, ejus vulgandi spes facta est a Fred. Redtelio scholæ Stetinensis Correctore. « Inveniet etiam amicus quidam noster, inquit Rodolphus Martinus Meelführerus Præfat. Accensionum ad Bibliothecam promissam Almelovenii a. 1699, quas e Manuscripto quodam, quo olim Joannes Trithemius Abbas Spanheimensis usus fuit, aliorum in Statium observationibus addet. »

VERSIONES.

HISPANICA.

Hispanicæ Statium vertit Juan de Arjona; cf. Diego Saavedra in Republ. Literaria, in ejusdem Opp. T. I, p. 10, en Brussellas, et Lud. Jos. Velasquez in Hist. Poes. Hispanicæ, Germ. versa Gœttingæ 1769, p. 473.

GALLICA.

1658. Par *Mich. de Marolles.* 3, voll. Paris. in-8°. adjunctis notis Franc. Guieti, Jo. Peyraredi, aliorumque. Vid. ed. ad h. a.

ITALICÆ.

1570. La Tebaide, tradotta in ottava rima da Erasm. Valvasone. Venet. in-4°.

1630. La Tebaide, tradotta in verso sciolto da Hyac. Nini. in-8°, Senz' anno, nè loco.

1729. La Tebaide, tradotta in verso sciolto da Selvaggio Porpora. Romæ, in-4°. Sub ficto hoc nomine latet Cornelius Cardinalis Bentivoglio, Regis Hisp. apud Pontificem Orator, qui hujus versionis auctor est. Cf. *Mém. de Trévoux*, 1729, p. 2066, et Acta Erud. 1731, p. 122. sq. ubi celebratur non modo interpretis implevisse officia, sed ipsum etiam interdum Statium ingenii felicitate antegressus omnino videri.

1731. Eadem repetita in Corpore omnium veterum Poetarum Latinorum, Mediolan. in-4°. Tom. I et II.

1732. I cinque Libri delle Selve, tradotti in verso sciolto da un Pastor Arcade. (cioè dal Sig. Ab Francesco Maria Biacca Parmeggiano, detto in Arcadia Parmindo Ibichense.) Exstant in Corpore omnium vet. Poet. Lat. Mediolani. in-4°. Tom. III.

1732. I cinque Libri dell' Achilleide, tradotti in verso sciolto da un Academico Quirino. (cioè dal Sig. Dottor Orazio Bianchi Romano.) In corpore vet. Poet. Lat. Mediolani. in-4°. Tom. IV.

ANGLICA.

1766. The Thebaid of Statius, translated in to English Verse, with Notes and Observations, and a Dissertation upon the whole by Way of Preface. 2 vol. in-8°. Lond. Fletcher.

GERMANICÆ.

Auswahl einiger Silven des Statius in gebundener und ungebundener üibersetzung, Leipzig, 1817. Der Verfasser M. Johann. Gotlieb Rohrer, pastor Zu. Sct. Moriz vor Naumburg.

Blums sämmtliche gedichte, (Zweytes Buch, s. 45) an den Schlaf, aus der 4ten Silve des 5ten buchs.

An den Schlaf, ein lied nach dem Statius, von Burger in dem Gottinger Musen-Almanach, 1774.

Mehrere einzelne Stellen aus der Thebaide, von C. H. Schmid in der Lebensbeschreibung der Rom. dichter von Crusius. Erst. Buch, s. 410.

Omissæ sunt a Bipontinis, vel non lucide satis expositæ, versiones et editiones Statii quæ sequuntur.

Thebaidos Libri XII, et Achilleidos Lib. I, denotantur in Catalago Ducis *de la Vallière*, Tom. II, p. 109. charactere Romano, sine anni et loci nota.

« In eadem Casanat. Bibliotheca, ait Audiffredi, reperitur editio alia, quæ præsentis (nempe Rom. 1475.) repetitio est, signaturis instructa, sed omni loci, temporis, et ty-

pographi indicio carens. Quæ quum in calce Silvarum Statii easdem subscriptiones ac præsens Romana exhibeat, credi posset, et ipsam Romanam esse, sicuti reipsa credita fuit ab antiquo ejus possessore. Sed nullum est dubium quin Veneta sit, et quidem Romana hac posterior. » Catal. Hist. Crit. Rom. Editt. sæc. XV, p. 185.

Thebaidos Libri XII, ex recentione Bonini Mombritii, Mediolani, circa annum 1478. Harles. Not. Brev. Lit. Rom. p. 467.

Versio Italica Silvarum, Florent. apud S. Jac. de Ripoli, 1480, in-fol.

Panzer, Ann. Typogr. vol. II, p. 77, notat e Catal. Bibl. *Soubise*, editionem Mediolanensem a. 1486, in-fol. Adjicit vero, *forte Venetiis* 1494.

Ed. Venet. per Magistrum Andream Catanensem, 1488 in-fol.

Achilleidos Libri II, Paris. 1497, in-4°, Harles. Brev. Not. p. 468.

Statii Opera : Silvæ nempe cum comment. Domitii Calderini, et emendationibus Hieronymi Avantii : Thebais cum comment. Placidi Lactantii : Achilleidos, lib. II, cum comment. Franc. Mataratii. Venetiis, per Joan. Petrum de Quarengis Bergomensem, 1498, in-fol. In Bibl. Advocat. Edinb.

Editio Ferrariensis Achilleidos sine comment. per Andream Gallum notatur a Maittario, Ann. Typogr. vol. IV, p. 529. et ab Affò in Saggio di Mem. su la Tipogr. p. XXV.

Addenda est antiqua et rarissima editio Thebaidos et Achilleidos, impressa apud Joan. Petit, in-4° sine anno.

Bipontini memorant ex Jo. Masson. Hist. Crit. Reip. Literar. tom. I, p. 191. Luctatii Scholia in Statium, Venet. apud Aldum 1508. Inter editiones vero Aldinas hæc eadem invenienda non est in *Annales de l'Imprim. des Aldes.*

Marklandi editio Silvarum, a Bipontinis memorata ad a. 1728, recusa est Lipsiæ a. 1729 in-4° cum curis secundis, Vid. Obss. Misc. Vol. II, P. 3, p. 407.

Publii Papinii Statii Opera, nempe Silvarum Libri quinque, Thebaidos Libri XII, et Achilleidos Libri II, nitido et accurate impressa, Waringtoniæ, 2 voll. in-12 1778, edente J. Aikin.

La Thébaïde de Stace, traduction nouvelle, par M. *Cormiliolle*. Paris, 1783. 3 vol. in-12.

L'Achilléide, imitation en vers, par le citoyen *Cournand*, professeur de littérature française au Collége de France, etc. Paris, an VIII, (1800,) 1 vol. in-12.

Les Silves et l'Achilléide, traduites par *Cormiliolle*, Paris, 1802, 2 vol. in-12.

Statii Silvæ Gallice versæ a *M. S. de la Tour*, cum Latino textu et notis. Marklandum sequitur. Paris., 1805, 1 vol. in-8°.

Inter Excerpta ex variis Latinis Poetis qui in Scholis rarius leguntur, Lond. 1808, quædam sunt ex Achilleidos libro secundo desumta, notulis illustrata.

Novam, de qua magna sperarunt eruditi, Silvarum editionem promisit Frid. Handius, Jenensis professor. Tom. primus, tria priora carmina Silvarum complectens, jam vulgatus est, Lips. 1817, in-8°. Præbet observationes, correctiones, et conjecturas summorum criticorum, una cum integro Marklandi commentario, et Gronovii annotationibus, adjectis insuper aliis ab ipso editore concinnatis.

P. Papinii Statii Opera, sedula recensione accurata, Lond. 1822, in-18.

Bipontini unam tantum Anglicam versionem Thebaidos memorant, nempe a Lewis Lond. 1766, ni fallimur 1767. Addantur igitur libri quinque Statii Thebaidos metrice versi

a T...., de qua versione videas Præfat. ipsius Lewis. — Quinque Libri Thebaidos metro Anglico redditi a T. Stephens. Lond. 1648, in-8°. — Statii Achilleis, in quinque libros divisa, et Anglice versa, quorum singulis subjiciuntur annotationes, a Roberto Hovard. Lond. 1660, in-8°. — Adrasti Exercitus, et socii ejus, etc. ex quarto et sexto Statii Thebaidos libris, Anglice, cum annotationibus, a Walter Harte, in poematibus ejus, Lond. 1727, in-8°. — Pars secundi libri Thebaidos Statii a Christoph. Pitt : — Inter poetæ nostri Alexandri Popii poemata, libri primi Statii Thebaidos versio poetica : — Ex Thebaidos libro VI, vss. 704—724, a Graio Anglice redditi : — Versiones etiam ex Statio a Jabez Hughes.

J. F. Gronovii in Silvarum Libros V, Diatriben ab ipso auctore auctam et correctam, una cum Emerici Crucei Antidiatribe, edidit, suis annotationibus adjectis, F. Handius, Lips. 1812, 2 voll. in-8°. — Dodwelli Annales Statiani, cum Annalibus Velleianis, prodierunt Oxon. 1698. — Mitscherlischius, novam Statii editionem meditans, observationes criticas in Achilleida subjecit Epistolæ suæ criticæ in Apollodorum, Gotting. 1782. — Jo. Christoph. Dommerchi ad Statii Achilleida, ex membranis biblioth. suæ, anecdota vulgavit Wolfenb. 1758, sed Saxius notat litis Gronovianæ historiam ibi non satis accurate descriptam esse. — Præter Vossium et Fabricium consulantur etiam Crenii animadversiones philologicæ, part. VI, c. 1; Jortinus nostras in Tractatibus criticis et philologicis; Crusius in Vita Statii, in Poetarum Latinorum Vitis, vol. I. Biographia Classica, Lond. 1740, et Jo. M. Lockmanni Programma de P. Statio, Coburgi, 1774.

RECENSUS CODICUM MSS.

P. PAPINII STATII,

QUI IN BIBLIOTHECIS BRITANNICIS ASSERVANTUR.

In Museo Britannico.

In *Biblioth. Reg.* 15 A VII, est cod. membran. sæc. XIII, complectens, inter alia multa, (N. 5.) Pap. Surc. Statii Achilleida, cum gloss.

15 A XXI, Thebaidos libri XII, cum paucis annotationibus et gloss. Cod. membran. sæc. XIII. Fuit olim Roberti Cottoni, militis.

15 A XXIX, cod. membran. cum paucis notulis. Continet Papinii Surc. Statii Thebaidos libros X, et versus 140 libri undecimi.

15 C X, Pap. Surculi Statii Vita, et Thebaidos libri XII. Codex membran. in-4°. sæc. noni : olim fuit Claustri Roffensis. Antiquus hic codex exhibet quasdam notulas et gloss. Omnino integer est usque ad finem libri XII. Vita non multa suppeditat.

In *Biblioth. Harl.* N. 2465. Surculi Papinii Statii Thebaidos Libri XII, cod. membran. sæc. XIV, oblongus, cum notis brevibus et gloss.

N. 2474, est Statii Thebais, cod. chartac. sæc. XV illuminat. in-4°.

N. 2498, est cod. chartac. in-fol. sæc. XIV, continens Statii Thebaida. Paucas variantes lectiones exhibet. Præmittitur argumentum metricum in duodecim Thebaidos libros, et præterea unusquisque liber sibi proprium habet argumentum in versu heroico.

Alios septem codices Statii Thebaidos retinet bibliotheca Harleiana.

Inter Codices *Burneianos*, N. 257 est cod. membran. libros XII, Thebaidos continens, quibusdam paginis ad editionem Joan Veenhusen collatis, charactere parvo Goth. lucide scriptus, et mire illuminatus, cum figuris eleganter pictis, omnes pœne Thebaidos partes illustrantibus. Præfigitur Compendium totius Thebaidos prosaice, a Lactantio Campanno, et subjunguntur singulorum librorum argumenta. Nullas habet annotationes, glossas, aut varias lectiones : Thebaidos vero codicum, quos vidimus, omnium longe est pulcherrimus.

N. 258, Thebaidos libri XII, cod. Ms. membran. collat. ad quasdam pagg. editionis Joan. Veenhusen, cum notis marginalibus et gloss. sæc. XI, vel XII, nihil mutilatus.

In Bibliotheca Musei Britannici est etiam editio Lugd. Bat. 1616, cum notis Mss. Ricardi Bentleii. et Paris. 1618 cum notis Mss. ejusdem Bentleii. His addas Silvarum Libros quinque (secundum varias editiones) cum notis Mss. Jer. Marklandi.

Codices Cantabrigienses.

In *Biblioth. Publ.* codex est Thebaidos, membran. sæc. XIV, charactere Goth. cum notis et gloss. Manceus est, et deficit post versum 664 libri XII :

Cujus in Ogygio stet princeps lancea muro.

In *Domu Petrensi* codex est cui tit.

Stacius
Papinius Thebaydos.
Oracii Carmina
Sermones
Epistolæ.

Hic Ms. incipit :

Fraternas acies alternaque regna profanis
Discertata hodiis sontesque volvere Thebas.

Totam Statii Thebaida quidem continet, sed nihil habet Horatianum. — In eadem bibliotheca codex est Horatii qui habet in fine quædam ex Thebaide : alius etiam vetus codex, inter alia, complectitur librum Achilleidos.

In *Coll. Emman.* est codex membran. Statii Thebaidos. Oblongus est, eleganter scriptus literis minusculis, sæc. XIV vel XV, sine notis et gloss. Prior pars diversa manu elegantius exarata quam posterior, sed circiter idem tempus. De hoc libro Ms. mentionem facit Bentleius in Horat. Epist. I, 6, 5.

In *Coll. Corp. Christi* (Bene't) N. 230, codex est membran. forma oblonga, Thebaidos Statii, sæc. XIII. Olim fuit Danielis Rogerii. Catal. cl. Nasmyth. p. 300.

In *Coll. SS. Trin.* cod. Statii, manu antiqua et accurata membran. Inter codd. Mss. Thomæ Galei. Vide Catal. Mss. Angl. et Hibern.

Codices Oxonienses.

In *Biblioth. Bodl.* F. 55. Cod. membran. Thebaidos Italica manu sæc. XV, sine notis aut glossis; nitide scriptus : finitur vero Epicedio in filium suum; sed mancus est, et desinit vs. 56 :

Adspiciant superi : pudeat Thebasque novumque.

Canonici Lat. 74. Cod. Thebaid. Libri XII, membran. illumin. nitide scriptus Gothico charactere : explicit versu 367, Libri XII :

Natus erit, parvoq. thorum Polynice fovebo.

Canonici Lat. 75, Lactantii Comment. in Thebaid. Ms. Chartae. sæc. XV.

Canonici Lat. 76, Cod. Thebaid. membran. illumin. charact. Goth. eleganter scriptus, sine notis et gloss.

Canonici Lat. 77, Cod. Thebaid. Libri XII, Chartac. sæc. XV.

Canonici Lat. 78, Statii Achilleidos Lib. II, cod. membr. eleganter script. charact. Goth. sine notis aut gloss. Subjungitur Fratris Bonuccini de Ripa de Vita Scholastica poema.

Canonici Lat. 79, Cod. illumin. charact. Goth. membran. cum quibusquam not. et gloss. et nitide scriptus.

Canonici Lat. 122, Cod. Achilleid. membran. sæc. XIV, cum gloss.

Inter *Codd. Mss. et impressos cum notis Mss. olim D'Orvillianos :* X, 1, 1, 25, P. Statii Thebais, cum Glossis. In fine : « Statii Papinii surculi tolosani thebaidos ultimus liber feliciter explicit. Sexto kalendas septembres 1464. » Cod. chart. ff. 178, in-fol.

X, 1, 1, 26. Index Rerum et Verborum in P. P. Statium, Ms. in-fol. ff. 210.

X, 1, 5, 35. P. P. Statii Thebaidos libri XII. Desinit XII, 756. *Conspicit abscedunt comites et Tesea jussi.* Cod. membr. ff. 227, forma min.

X, 1, 5, 34. P. P. Statii Silvæ. Cod. chart. in-4°, ff. 70. N. B. F. 16. bis repetitur.

X 1, 5, 35, cum aliis, 1, P. P. Statii Achilleis : f. 1—23, Cod. membr. in-4°.

X 1, 6, 1. 1, Collatio Statii Thebaidos ed. Gron. in-12, cum cod. Taurinensi : ff. 34—2. Collatio Thebaidos ex ed. Barthii cum cod. Bibl. Landgravii Casseliensis : ff. 19, Ms. in-4°.

X 1, 6, 2. 1, Collatio Statii Silvarum a Fr. Junio cum Ms. Senensi (e Bibl. Leidensi) : pp. 7. Ms. D'Orv.—2, Ad Statium Notæ N. Heinsii a P. Burmanno Sec. descriptæ 1729. a p. 21. cum Obs. Falconerii : pp. 29.—3, Collatio Achilleidos cum cod. Vossiano : 31—40.—4, Excerpta ex Statii Thebaide : 41—80. Hæc manu P. Burmanni Sec.—5, In Statii Theb. pp. 3. Ms. in-4°.

X 1, 6, 3. Eædem Collationes et Notæ ab alia manu descriptæ. Ms. in-4°.

X 2, 2, 6. Papinii Statii opera, Paris. 1600. in-4°, cum notis nonnullis Mss. P. Scriverii in principio et fine.—« Arnoldus Drakenborck. contulit Thebaida cum cod. P. Vlamingii, chartaceo, in quo tamen passim optimarum lectionum vestigia, ut ex bonis membranis descriptum appareat : a quo ego accepi. *J. P. D'O.* » — « Drakenborckiana quoque quæ in hoc libro deteriore et labante manu sunt notata. » Not. Ms. D'Orvillii.

X 2, 5, 25. P. P. Statii Opera ed. Veenhusen. L. Bat. 1671, in-8°, cum notis nonnullis Mss. J. P. D'Orvillii.

X 2, infr. 2, 3. Notæ et Var. Lectt. in Poetas Latinos; inter quas, 3, Scriverii Notæ ad Statium Bernartii : p. 1.—7, In Statii Achil. Argent. 1515. p. 1, Ms. Strackhovii in-4°.

Hæc omnia D'Orvilliana ex Catalogo cl. T. Gaisford.

Achilleis, cum Notis Mss. Bellovisus J. Petit. 1506. in-4°.

In *Coll. Magdal.* Statii Thebais cum not. marginalibus

cod. membran. circiter sæc. XII. Deperditi sunt versus 73 ex libro postremo.

In *Coll. Corp. Christi* Thebais, in-8°. membran. cum notis. Continet etiam, inter alia, Homeri Epitomen, de Bello Trojano, versibus Lat. script. a. 1377. Est etiam in eadem Bibliotheca alius Statii Thebaid. cod. Ms.

In *Coll. Lincoln.* est Cod. continens, inter alia multa, *materialem prælibationem* Thebaidos Statii. Catal. Mss. Angl. et Hiberniæ.

Codex Edinensis.

In *Bibliotheca Advocatorum* apud Edinenses est cod. membran. Statii Thebaidos, in-8°.

RECENSUS CODICUM MSS.

P. PAPINII STATII,

QUI IN BIBLIOTHECA REGIA PARISIIS ASSERVANTUR.

N. 7936. Codex membranaceus, olim Tellerianus, continens Thebaidos, libros XII. Is Codex XIV sæculo videtur exaratus.

N. 8040. Cod. memb. olim Colbertinus, continens Achilleidos, lib. V : conjecta sunt ad marginem libri primi Scholia ab illis, quæ Lactantii Placidii nomen præ se ferunt, diversa. Is cod. XI sæc. vid. exaratus.

N. 8051. Codex membr. olim Puteanus, continens : 1°. Thebaidos libros XII ; 2°. Achilleidos lib. II. Is cod. X sæculo videtur exaratus [1].

N. 8052. Cod. membran. nuper comparatus, quo continentur : 1°. Papinii Statii Theb. libri XII ; 2°. ejusdem Achill. lib. II. Is cod. XII, sæculo videtur exaratus.

N. 8053. Cod. memb. olim Colbertinus, continens Pap. Statii Theb. lib. XII. Is cod. XIII sæculo vid. exaratus.

N. 8054. Cod. membran. quo continentur Papinii Statii Theb. lib. XII, finis manu recentiore suppletus est. Is cod. XIII sæculo videtur exaratus.

N. 8055. Cod. membr. olim Colbertinus, continens Papin. Statii Theb. lib. XII, sæc. XIII exaratus.

1. Hic et sequens quos optimos judicavimus nobis præsto fuere, et eos ab integro ad hanc nostram editionem recensuimus.

N. 8056. Cod. memb. olim Colbertinus, continens Pap. Statii Theb. Lib. XII. Is cod. XIII sæc. vid. exaratus.

N. 8057. Cod. memb. olim Colb. quo continentur Pap. Statii Theb. lib. XII : passim inter lineas glossæ et ad marginem scholia. Is cod. sæc. XIII, vid. exaratus.

N. 8058. Cod. memb. primum Jacobi Augusti Thuani, postea Colbertinus. Ibi continentur Pap. Statii Theb. lib. XII : sub finem ultimi nonnulla desiderantur ; passim ad marginem scholia. Is cod. XIII, sæc. ex. vid.

N. 8059. Codex membran. olim Bigotianus, continens Pap. Sat. Theb. lib. XII : duodecimi finis desideratur ; passim inter lineas glossæ et ad marginem scholia. Is cod. sæc. XIII ex. vid.

N. 8060. Cod. membran. olim Colbertinus, continens Pap. Statii Theb. libros undecim priores ; undecimi finis desideratur. Is cod. sæc. XIII exaratus videtur.

N. 8061. Cod. memb. continens Pap. Stat. Theb. XII. Is cod. sæc. XIV vid. exaratus.

N. 8062. Cod. Chartaceus, olim Mazarinæus continens Pap. Statii Ach. lib. II. Is cod. XV sæc. vid. exaratus.

N. 8063. Cod. memb. quo continetur Lactantii Placidii commentarius in Statii Thebaida. Is cod. XIV, sæc. vid. exaratus.

N. 8064. Cod. membran. quo continetur Lactantii Placidii commentarius in Statii Thebaida. Is codex XV sæc. vid. exaratus.

N. 8274. Codex partim chartaceus, partim membranaceus, continens, inter alia, Papinii Statii Achilleidos, lib. II. Is cod. XV sæc. vid. exaratus.

N. 8280. Cod. memb. olim Colbertinus, continens : 1°. Papinii Statii Theb. lib. XII ; 2°. ejusdem Achilleidos, libros sex. Is cod. XIII, sæc. vid. exaratus.

N. 8281. Cod. memb. olim Mazarinæus, continens Pap. Stat. Achilleidos, lib. II. Is cod. XV sæc. vid. exaratus.

N. 8282. Cod. Chartaceus, olim Mentellianus, continens : 1°. Pap. Statii Sylvarum, lib. quinque : finis quinti desideratur; 2°. ejusdem Achilleidos, lib. II, secundi finis desideratur. Is cod. partim XV, partim XVI sæc. vid. exaratus.

N. 8468. Cod. memb. olim Tellerianus, continens Pap. Statii, Theb. lib. XII, duodecimi finis desideratur. Is cod. XIII, sæc. vid. exaratus.

N. 8559. Cod. membran. continens Papinii Statii Achilleidem : accedunt inter lineas glossæ et ad marginem scholia. Is cod. XIII sæc. vid. exaratus.

N. 1592. Codex memb. olim e Bibliotheca Sorbonæ, cum notis marginalibus, in-fol. continens Statii Thebaidos lib. XII. Is cod. XIV sæc. videtur exaratus.

N. 1166. Cod. membran. olim e Bibl. Sorb. continens
3. Statii Thebaidos lib. XII. Is cod. XIII sæcl. videtur exaratus.

N. 1166. Idem.
4.

N. 1170. Cod. memb. olim e Bibl. Sorbon. continens Papini Statii operum libros XII, cum glossis. Is codex, in-fol. X sæcul. exaratus videtur.

ELENCHUS ALPHABETICUS

NONNULLORUM SCRIPTURÆ COMPENDIORUM

QUÆ IN VARIIS LECTIONIBUS OCCURRUNT.

Ald. 1.	Editio Aldina an. 1502.
Ald. 2.	..... an. 1519.
Aldd.	..... utraque.
Amstel.	Editio Amstelodamensis e recensione Heinsii, an. 1624.
Antidiatr.	Antidiatribe Crucei, quam scripsit contra Gronovium.
Argent.	Editio Argentoratensis ap. Lazarum Schurerum, an. 1517, Achilleidos libros complectens.
Barth.	Caspar Barthius in Editione sua Cygnæ 1664.
Basil. 1.	Editio Basileensis an. 1531.
Basil. 2.	..... an. 1541.
Behot. 1, 2.	Duo codd. manuscripti, quorum VV. LL. descripsit Adrianus Behottius.
Bern.	Joannes Bernartius in Edd. Plantt.
Brix.	Editio Brixiensis an. 1485.
Buslid.	Codex Buslidianus, quem laudant Bernartius et Gevartius.
Cald.	Domitius Calderinus in Editione Romana an. 1475.
Colin.	Editio Parisina Colinæi an. 1530.
Cruc.	Emericus Cruceus in Editione sua Paris. 1618.
Dan.	Codex manuscriptus P. Danielis, quem citat Fridericus Lindenbrogius.
Delph.	Editio Delphina curata a Claudio Beraldo, Paris. 1685.
Diatr.	Diatribe Joannis Friderici Gronovii in Silvarum libros, Hag. Com. 1637. Altera Editio auctior et emendatior cum Notis Handii prodiit Lips. 1812.
Domit.	Domitius Calderinus in Editione Romana.
Exc. Burg.	Excerpta ex codice Ms. membranaceo Achilleidos libros complectente, quæ nobiscum communicavit V. D. Georgius Burges.

Exc. Cantab.	Excerpta codicis Cantabrigiensis penes Editorem.
Exc. Heins.	Excerpta ex codd. in Vaticano Romæ servatis, quæ citat Heinsius.
Fabr.	Codex Nicolai Fabri, quo usus est Lindenbrogius.
Florent.	Codex chartaceus Florentini, cujus Excerpta a Frid. Lindenbrogio acceperat Gronovius.
Gevart.	Janus Casperius Gevartius in Papinianarum Lectionum libro, et Ed. sua Lugd. Bat. 1616.
Grasser.	Joannes Jac. Grasserus in Ed. sua Antwerp. 1613.
Gronov.	Joan. Frid. Gronovius in Diatribe, Elencho Antidiatribes, et Ed. sua amst. 1653.
